

Kircher.

Quomodo  
permissum  
Egypti  
Mahumed

Idola latro-  
ni sustentia.

Parte clau-  
se gemella  
penta.

Quid sit  
furtum per  
lancem &  
licium?

Aul. Gell.

Rhodigin.

Rofin.

Species fur-  
ti.

Gell.

Petron.

Inventio  
Iudaeorum  
in stipem  
egregiam.

Iuvenal.

furtum a se deferre. Similiter quibus res furto sublata erat, ad eundem, rei sublata tem-  
pus diem & horam scribere, tenebantur: hoc modo facile inveniuntur furto, qui rem amiserunt,  
quarta multabatur parte, qua daretur furi: satius legislator esse ducens, cum impossibile  
esset, prohiberi furta; alicuius portionis, quam totius rei iacturam pati. Huiusmodi malis mi-  
nimus, minimum malum est, sed malum. Quare devenirent in huiusmodi delictum; ipse  
inducit ibid. Syntagm. 1. cap. 9. ex Historia Arabica Mahumed. Ride. Primus ante dilu-  
vium ex Regibus Egypti fuit Nacraus, artis sacerdotalis & Magia peritus. Fecit autem  
ope Magie mirabilia multa & magna: & primo fecit duo idola ex lapide in medio civitatis.  
Si contingeret hominem aliquem furti conscium ante ea comparare; non poterat is removere  
se ab his, donec medius inter utrumque poneretur, amplexibusque eorum clausus, captivus-  
que teneretur. Aniles nugæ. Similis Ithac fabula videtur fictioni (Alberto Magno attri-  
buitur de Morib. Animal. cap. 3.) de duobus pueris in Germania; quorum uni cuncti fe-  
cundum latus dextrum, alteri vero secundum sinistrum, passim reclusæ ianæ aperiebantur.  
Ita apud Cornel. Gemm. de Divin. characterum. lib. 1. cap. 7. Sat. de ludicris. Hanc  
eius conditionem desiderarent latrones.

33. Modo exponendum, quid sit furtum per lancem & licium, quod ingenis criticis  
facessit negotium, & multos sciolos impulit fore velanos in cogitationis præcipitium.  
Lex igitur 60. XII. Tabular. ita præscribit. Furta per lancem & liciumque concepta, sicut  
manifesta vindicantur. Idem legitur apud Aul. Gell. 11. cap. 18. Magni nobis cilet, de to-  
taque republica literaria egregie meritis, modo, ut legem indicavit, exponeret. Erat  
enim furtum non manifestum, manifestum, conceptum per lancem & licium;  
& etiam finis furti. Finis furti, cum furtum perlatum est, quod fieri cæperat. Gell. d. sed  
apud Rhodiginus lib. 10. cap. 6. Cum perlatum est, quod ferri cæperat. Furtum non mani-  
festum, ut observat Rofin. lib. 9. cap. 5. Cum fur in faciendo quidem comprehensus non  
erat; sed enim furtum fecisse, negari non poterat. Manifestum, cum res in manibus furis,  
antequam desinat in locum ferretur, deprehendatur, dum sit. Furtum conceptum etiam  
dicebatur oblatum: concipiebaturque, si quis furtum esse factum quereret, deportato  
iam furto in aedes alienas. Modò dominus furtive rei ibi reperiret, non prohibitus ab  
habitatore ædium; Furtum conceptum appellabatur. Ita Turneb. 30. Adversar. cap. 23.  
Denique furtum conceptum per lancem & licium signatum, quod pena multabatur fur-  
ti manifesti, de qua Gellius: Furem, qui manifeste furto prehensus esset, tunc denum oeci-  
di permittunt; si autem cum fuerit furtum, nax esset, aut interdum se telo, cum prebende-  
retur, defenderet.

34. Factum furtum per lancem & licium concipi, non est, a fure feri, sed a fraudato  
perquiri, & loca concepta in depositum perferuntur, ut observat Petr. Pichæus Subjuncto,  
adversar. lib. 1. cap. 2. qui in designando quid sit huiusmodi perferuntur aberrat a vo-  
ro: igitur distorta auctoritate Petronij, furtum conceptum dicit per lancem & licium,  
quod iussu Magistratus, requisitum inventumque est a licitore, utente licio (fidemque dan-  
te in lance) quo insigni frequenter utebantur ministri a Magistratum latere. Hispanice:  
Vanda aliflada. Nec cogitationi faveat Petronij auctoritas, pag. 37. dicentis, dum fugiti-  
vum quærebatur etiam per præconem servus; Lance argentea indicium & fidem præ se fe-  
rebat. Indicium, idest, premium indicanti ubi fugerit, & quo confugerit servus, uti ex-  
ponit Salas hic. Vernaculè dicemus: Mostrando una fuente de plata, empeno su palabra  
de darla en ballazgo.

35. Francisc. Balduinus in præfatam legem 12. Tabular. priusque Tatijs. Alpinus,  
& Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10. asserunt furta per lancem & licium conce-  
pta dici, quæ facta ab impostoribus titulo alicuius Numinis, vel Religionis: qui quidem  
licio multicolore induebantur, portantes lancem ad colligendam stipem. Licio circun-  
dari ad imitationem Sacrificolorum, alitit Ovidius, 2. Fastor. v. 475. lancibus uti, Vir-  
gil. 8. Æneid. v. 284. Propter huiusmodi technas Iudæi Romæ male audierunt (sicut apud  
nos suspecti, qui Bobem, vel Sangari dicti) in quos invectur Iuvenalis, Satyr. 3. à v. 134  
& Satyr. 6. v. 541. ubi:

Cophino, sermoque relicto,  
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem;  
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos  
Arboris, ac summi fida internumcia cæli.  
Implet & illa manum, sed parvis ere minuto.  
Qualiacumque voles, Iudæi somnia vendunt, &c.

Cons.

Consule hic Isaac. Grægonum, Calderin. Bern. Autumn. & Eilhard. Lubin. & quæ nos  
diximus, Tom. 7. T. 7. n. 18. Cuncta obtentu religionis maxime à vasis Egyptijs, Per cæ-  
lestia sidera, per inferna Numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia, & adyta  
Coptica, per incrementa Nilotica, per arcana Memphitica, & per sistræ Pbariatica; ut ait  
iocans serio Apuleius, Metam. lib. 2. qui in propositum nostrum refert, lib. 8. de sacri-  
ficulis polymæceis, fraudulentis Dea Syriæ: Varijs coloribus indusiati, & deformiter  
quisque formati, facie oxoso pigmento deliti, & oculis obunctis graphice, prodeunt, mi-  
tillis & crocatis & carbasinis & bombycinis intecti. Quidam tunicas albas in modum lan-  
ciolarum, quoquo versum fluente purpurâ depictas cingulo subligati, pedes luteis induti  
calceis. Deaque serico contectam amiculo gerendam imponunt. Unus ex illis bacchabatur  
effusius, velut Numinis divino spiritu repletus, simulabat sauciam vecordiam, quasi Dei  
presentia, vaticinatione clamosa confecto mendacio: stipes aeneas, imò & argentæas certam  
affrentibus, sinu recipere patulo, & vini cadum & lactem & caseos, & farris & sili-  
ginis aliquid, &c. Ad istum modum palantes, omnem illam deprædabantur regionem. Totâ  
scena rapacitatis horum præligatorum (ex meditata embolij exposita) à Romanis sa-  
pe cauta, atque legibus inhibita; uti constat ex Cicer. 2. de Legib. ubi: Præter Idæe Ma-  
tris famulos, eosque iustis diebus, nequis stipem cogito. Satis cogitationis coniectura testi-  
monij roborata, quamvis non vera. Ita ergo furtum concipiebatur per lancem & licium,  
quoniam per impoltores fiebat religionis peregrinæ prætextu, indutos licijs idest, tunicis  
virgatis, & flaminibus polymitis, exhibitâ coram lance in stipem raptu artificioso à pe-  
ccatoribus suscipiendam. Indicat subinde Apuleius. Illis (inquit) proprium gestamen est,  
contortis tanij lanosi velleris proluxæ sibrariatum, & multiugis talis ovium tessellatum.  
Græci hocine nequam & improbos vocant, Mutragyrtas: Hispani, Valuros. Hoc enim  
crimen plectebatur sicut furtum manifestum.

36. Hotomanus in 4. Institur. asserit furtum per lancem & licium conceptum dici;  
quia per simulationem religionis, amicti licio (idest, filamentis lancis, uti observat La-  
Zerda in 8. Eleg. Virgil. v. 74. n. 3. sacerdotes deprehendebant: igitur panem arite La-  
pide conditum, & in lance situ delatum, suspectis de furto datum, edere nequibant; un-  
de de furto arguti, ritu licij & lancis erat furtum manifestum. De Actæe (quam nos vocamus  
Piedra priñada, aut, Piedra dei aguila) eiusque speciebus dicit Plin. lib. 36. cap. 21. ni-  
hilique memor proprietas, quam Hotomanus d. refert ex Dioscoride, scilicet: Stigis  
in pane conatum furi offerat attem; fur enim mansum decorare non poterit, & ita de-  
prehenditur. Quod de turibus Dioscorides, de Veneni reis prodit Berchor. 11. Reduct. 39.  
cap. 70. quem ad verbum sequitur Bar. hol. Anglic. 16. de Propriet. rer. cap. 39. Hic la-  
pis prodit venenantem, quia si aliquis de veneni fraude suspectus fuerit, & iste lapis cau-  
te sub cibo positus; cibum de glubire non poterit: si autem reus non fuerit, statim sine diffi-  
cultate aliqua manducabit. Ex Magia Chaldæorum idem refert in Solin. cap. 45. Draudius.  
Videtur articulus haud absumilis itatis Naerai, de quo num. 32. & infania legis Alexan-  
dri Mamææ, qui, uti refert, quo dudum, Cælius Rhodigin. per præconem indixit, quod  
Principem nemo salutare, qui se furem nosset. Quanta stoliditas, vel cum videbantur  
Ethnici sequi bona! Rofin. loc. cit. & Azor. 1. Tom. Instit. moral. lib. 6. cap. 13. ex Alex-  
andro Neapolit. lib. 6. cap. 10. refertur, dicta furta per lancem & licium; eò quod fu-  
res, qui in alienas penetrabant aedes, plerumque (ut ex sagax furum solertia) licium fere-  
bant, quo furta alligarent, & lancem præ oculis, ne innotescerent. Olsendorpius addit  
(cuius cogitationis etiam meminit Azor) licio cingi, ut expeditiores essent in scrutinium  
subtrahendorum: in lanceque (assumpta pro larva) fuisse bina foramina, ut videre pos-  
sent, & una femine domi manentes, fortè fortunâ obvia, visione terrentur; fugerent  
que potius, quam de cognoscendo, vel observando fure essent solliciti: interimque fures  
turpiter optata, ac fugerent in propria, velligatoribus tuta. Huiusmodi cogitatio  
etiam emittenda in pascua, ut gliscat. Quid ut suppar esset furtum manifestum quòd fur sic  
vel sic introiret furatum in alienas aedes?

37. Rhodigin. d. consentit in furis habitum; sed lancem signat propter matrum fam-  
ilias atque virginum presentiam. Claret ex Festo Pompeio lib. 10. sed alio sensu uti vi-  
debimus, quem ultra cogitat, & sequitur sine reflexione. Tiraquell. in Alex. Neapol. loc.  
cit. Aberrant ij præclari AA. arbitantes licium & lancem intelligenda de furibus, qui  
proposito expilandi domum alienam introibant; & quasi verecundarentur de presentia  
feminarum, cavent. Quid ad illos compescendos presentia matrum, vel nurrum, vel  
virginum? Nugæ prorsum. Licium & lans non ad furtum adhibita, sed ad furti inquisi-  
tio-

Apulei.

Apud Aegypti-  
os.

Idem.

Cicer.

Quid His-  
panicè Va-  
lurat

Apulci.

Conditio la-  
pidei licij.

Berchor.

Industria  
latronum  
in furta.

tionem. Non fiebat ritus à furibus, sed ab his, quibus furtum factum. Dixi *num.* 33. furtum fuisse conceptum simpliciter, & etiam conceptum fuisse per lancem & licium. Simpliciter conceptum, quum fraudatus à bonis ablatis, concipisq; esse in illa vel illa domo, à domino adium facultatem exigebat atrium scrutandi tantum, an essent ribituncque irabatur per Deos lares, adium custodes, nolle illic ingredi ob curiositatem, sed dumtaxat ob bonorum inquisitionem: cogebaturque dominus adium liberum concedere introitum. Hoc dicebatur *Furtum conceptum*. Verum si in atrio non reperiretur res furtiva, sed intus locatam, collocatam, aut depositam querulus affirmaret; cum ius esset in obsequatis locis liberam præbere scrutandi potestatem; illicò ut per adium habitorem licebat, cinctus, cui res detracta, licio (cinctorio, scilicet sine pallio, aut toga: Nostrates, *En suerpo*) ut expeditior esset in inquisitionem, lancem seu discum oculis opponebat, ne à feminis, quæ interioribus adibus, seu gynecoe erant, videretur. Veteres enim cavebant, alienos viros ab illis aspici. Ita intelligitur, rem acu tangens Festus loc. cit. *Lance & licio* (inquit) *apud Antiquos dicebatur; quia qui furtum ibat querere in domum alienam, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, atque virginum presentiam*. Tunc si sine furtum inveniretur, dicebatur conceptum per lancem & licium, vindicarique à decem viribus sanctum, sicut furtum manifestum. Adi Turneb. 30. *Adversar.* cap. 23. Ita res implexa sine cogitationum molimine in claritatem patula. In furis ergo acceptiones pro littera descendamus.

Lanc & lici-  
um non  
sumebantur  
à furibus,  
sed à furti  
inquisitori-  
bu.

Festus.

Fur unde  
dicitur

Fur preser-  
vo.

Virgil.  
Plutarch.  
Carbones  
igniti appo-  
nebantur  
furciservi.

Melcag.

Prov. 25. à  
21a

Ioanna 19.  
17.

Inter Roma-  
nos, reus cra-  
cis portabat  
lignum, &  
inter Persas  
à domo prom-  
issa auok-  
sum.

Plaut.

38 Fur dicitur à *Furvo*, verbo veteri, idest, nigro. *Furem ex eo dictum, quod veteres Romani furum, atrum appellaverint, & fures per noctem, quæ atra sit, facillius furentur.* Aul. Gell. 1. cap. 18. Iccidit dicti tenebriones, & lucifuge. *Vespertilioes hinc inde errantes*, Marc. Catone. Alij vocem derivant à ferendo, vel auferendo. Salvia. 4. de *Providentia*. Quia ergo servi plerumque rapaces, vocantur *Fures*, licet non sint. Ex eodem, Iust. Lipsius, 2. *Electior*. cap. 15. Plaut. in *Asinar.* Act. 2. scen. 4. v. 15. *Numquam rem licet, semel præcipere furi*: idest, servo. Virgil 3. *Ecol.* v. 16.

*Quid domini facient, ausent dum talia fures?*  
Nonnulli à furca. Plutarch. in *Coriolen.* inquit: *Romani olim videbatur magna pena servo peccanti, si lignum, quod remonem curvis fulcit, per viciniam circumgestassent. Qui enim erat hoc modo panitus, apud domesticos & vicinos nullam fidem inveniēbat, furciservi, quæ (ei enim ligno furca nomen est) appellabatur. Furcæ post aptabantur gestandi carbones, & fusciferi servi sub furca pledebantur, & traducebantur in exemplum. Turneb. d. lib. 16. cap. 3. Melcager, lib. 7. *Epigramm.* 14.*

*Sine modò rus veniat, remittam ad te servum  
Sub furca in urbem, tamquam carbonarium.*

Ad verbum Plaut. in *Casim.* Act. 2. scen. 8. v. 1. Eadem Lipsius 3. de *Cruce*, cap. 4. Super capita furum in furca imponebant arulas cum prunis, ut exusti interirent. Lucem sicine accipit testimonium Salomonis, à quo deceptus Paulus, *Rom.* 12. 20. nimirum: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si siccaverit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius. Sævitia crævit, & collo inferto furcæ portabantur in cruceam, vel ligari vel suffixi ligno portato: quo intelligitur illud Ioannis de Assertore N. *Basilans sibi crucem*: igitur lege Romanorum, in quo suspensus, baulavit lignum. Latè Lipsius & Greterius de *Cruce*, alitruque Plutarch. de *Sera Numin.* *vindictæ*. Inter Persas usitatum suspensi reos in ligno, eruto ex domo propria. Patet 1. *Eldr.* 6. 11. ubi decretum à Dario Hytaspis, quod eius contradicens iusioni de templo edificando; *tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur in eo. Aman suspensus in ligno, quod domi habebat. En lignum, quod paraverat Mardocheus, stat in domo Aman. Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardocheo.* Eth. 7. à 9. Patibulum decursum temporis dictum; quod pridem furca, à qua dicti furciferi delinquentes. Quare cum deinceps fures furcæ patibulo damnarentur, fures dicti trifurciferi, quasi digni tribus furcis, vel digni furcæ, quoniam rapacissimi latrones, vel furacissimi. Plaut. in *Aulular.* Act. 2. scen. 4. v. 46. & 4. 4. v. 6.*

*Non fur sed trifur verberabilissimè;  
Trinum litterarum homo, me vituperat;  
Fur, etiam fur, trifurcifer.*

Vide Spontanum in 19. *Odysse.* Homer. v. 395. Ovven. in nostram cogitationem lib. 6. *Epigramm.* 67. succinir & ad mores:

*Latrenum finis funis, mors ultima merces;*

Fur.

*Furca capis fures, hinc puto nomen habet.  
At multi evasere: dabit Deus his quoque funem;  
Rarus funesto fur sine fune perit.*

39 Fur dicitur non qui actu furatur (hic namque dicitur latro) sed qui conatur furari; ut diximus *num.* 23. *Qui expectat noctem, ut furetur, fur est interdiu*: ait Dion Chrysostom. *Orat.* 7. Aperte Petron. d. fol. 8. *Advocati iam penè nocturni qui volent pallium lucrifacere, sagittabant. Sine ulla quoque attritione furtum fieri posse, sola mente atque animo.* Aul. Gell. 11. cap. 18. Patet Ioann. loc. cit. v. 10. *Fur non venit, nisi ut furetur.* Adinstar veprium adherent quibusvis obvijs. Quicquid tangunt secum auferunt, aut scindunt. Unde Plaut. in *Casim.* Act. 3. scen. 6. v. 1. dicit magistro coquinæ: *Vide fur, ut senes (ministros) sub signis aucas.* Sic de Iuda dicitur: *Fur erat, & loculos habens.* Augustin. hic *Tract.* 50. inquit: *Ea que mittabantur portabat: an exportabat? Ministerio portabat, furto exportabat. Iudas iste non tunc peruersus factus est, quando à Iudæis corruptus Dominum tradidit. Non tunc perijt, iam fur erat. Nihil mirum furca ab illo exportari ministerio, si portabat animo. Afruit Senec. 5. *Benef.* cap. 14. *Sic latro est, etiam antequam manus inquinet, quia ad occidendum iam armatus est, & habet spoliandi voluntatem.* Baruch, 6. 56. *Non à furibus, neque à latronibus se liberabant.* Senfus obijctur Olee: *Et fur latronculus.* Fur, qui furti fatigat, latro qui propositum obinet. Hebr. utramque necit in *Testamento* 12. Patriarch. *Furto furari*; quasi munere latronis voto potitur cogitatio furis. Aliquando fur dicitur non qui invito furripit, sed qui arte qua operta trahit, petaxque dicitur; quippe blandimine, effucijs submissionis, spe larvæ beneficij (in feveritatem vel fastidia aliter convertendi) impellit, imò civiliter cogit reluctantem in elargitionem doni, quod avido placet. *Rapere pauperem, dum atrocit erum igitur vaste insidiatur, ut rapiat pauperem.* Ita Absalom doctis artibus abstruce embolico concillabat animos, inibatque gratiam virorum Israël, & ut habet Hebr. *Furabatur corda*: Furari pro Solicitare. 2. Reg. 15. 6. Signat Ovid. 3. de *Arte*, à 441.*

*Sunt qui mendaci specie grassantur amoris.  
Perque aditus tales lucra puaenda petunt.  
Forsitan ex horum numero castissimus ille  
Fur sit, & uratur vestis amore tue.*

Petron. pag. 43. *Hoc genus furti semel mihi feliciter cessit.* Omitto acceptionem furis pro Amasio, de qua Plaut. in *Ampitru.* Act. 1. scen. 3. v. 12. ibi Taubman. La-Zerd. in *Virgil.* 4. *Æneid.* v. 65. n. 3. & 6. v. 9. n. 23. Unde Otho Vanius *Amor.* Emblem. 57. inquit: *Celari vult sua furti Venus.* Hæcine phrasi usquequoque, fastidium usque trunetur lascivissimi Petronius, Martialis, Ovidius, Tibullus, Gallus, atque Propertius.

40 Hæcine præfata signant separata voces: iunctarum verò variz quoque sunt notiones. Fur pro fure, latro pro verliuto fure, apud Euripid. in *Alcei.* v. 706. *Verfasam furem, & prædonem quendam.* Fur pro latrone, latro pro nocente. Arator. 1. in *Act.* v. 279. *Fur erat ille nocens.* Fur, qui furripit invito domino, sed involato; latro, qui invito violento. Hinc apud Aftaticos, ut retent Montalb. de *Reb. Turcic.* pag. 33. *Laguro fures, palo latrones puniuntur.* Fur pro callido & astuto, technis vasto. Martial. 5. *Epigram.* 43. latro pro exequente furtum: tuncque latro fur dicitur, si vel in plagio deprede hensus lubric labitur; nec erubescit, quasi nihil patrafferet in furto manifesto, concludus in angiporuto. Plaut. in *Milit.* quò supr. *Fur ut lauit!* Stylus Hilspanus est: *A latron y como se desliza!* Induftria in effugium evadit quasi ester innocens, omninò nequam & nocens. Hinc Athenies amicos induftrios, cum obvij, salutationis loco, appellabant *Fures*; & fures, amicos. Bulenger. de *Ombib.* cap. 1. Nescio, an hoc sensu furi Iudæ dixerit Christus: *Anice, ad qui venisti?* Fur etiam interdum fumitur pro latrone clandestino. Lipsius in *Epist.* 51. Senec. Aul. Gell. d. *Qui occultè tollit, aut clam furripit.* Plaut. *Asinar.* Act. 3. scen. 2. v. 17. *Parietes perforaveris, in furto ubi sis prehensus.* In *Trinum.* 2. 1. v. 13.

*Harpago, mendax, cuppes, despoliator.  
Latrobricolarum hominum corruptor.*

Sen. Ep. 68. *Furem* (ait) *Signata sollicitant: vile videtur, quicquid patet, aperta effraharis præterit.* Unde vago in nocte servo, dicit Terent. in *Phorm.* Act. 1. scen. 4. v. 14. *Aut furtum, aut furtum parat.* Latro verò, qui palam, & aperta fronte aliena non furripit, sed audacter tollit. Ex furibus itaque sunt latrones. Homo initio criminis quasi fur erubescit, factique abscondit: verum ut latro incedit, modò impunem se per insolentiam viderit.

*Tom. VIII. Taut.* Fff Hoc

Fur ab in-  
tentione fur-  
randi.

Dion Chry-  
solim.

Petron.

Cur fures  
dicuntur ve-  
prei

Ioan. 12. 6

Augustin.

Seneca.

Baruch. 6.  
56.

Olee, 7. 10

Fur pro pe-  
tate teno-  
nante.

Pfal. 9. 9.  
divit 11.

Ovid.

Petron.

Quid sit la-  
tro & fur?  
A scor.  
Mon. alb.

Pro allu-  
nator.

Matth. 16.  
10.

Plaut.

Senec.

Terent.

Ioan. 10 8 Hoc enim intuitu dicitur Pharisæis, haud Latrones & fures; sed quotquot venerunt fures sunt & latrones. Incohabitantes latenter, postquam propacule graillabantur in oves. Quia fur occulte operatur; pro re incognita præ se fertur in Biblijs operatio foris. Sicut fur in nocte, ita venit dies Domini. 1. Theff. 5. 2. 4. 2. Petr. 3. 10. Apoc. 3. 3. & 16 15. Matth. 24. 42. & Luc. 12. 39. Apollon. Rhod. 3. Argonaut. v. 1146. Cianestinus, quasi fur. Plaut. Pœnuli. Act. 3. scen. 3. v. 49. Clam, furtimque esse vult, nequi sciens, neve arbiter sit: nam bis latro (miles, uti sup. num. 30.) in Sparta fuit. In Trinum. 4. 2. v. 20. Dormitator, scilicet zonarius (Crumenifeca, marsupeta, rumpizona) loca contemplet, circumspiciat sese, ades noceat: credo, mox furatum ventat. Fur enim expectat ut alij dormiant, ut zonam (olim in eis aserebatur) rumpat, vel secum tollat. Vide Cœl. Rhodigin. lib. 10. cap. 6.

41. Iam ergo perspicua Plenissima testimonia. Mali nequissimique Principes sub titulo pastorum, ita, ita inhiabant quæstui, & subditorum fortunis; ut nullo modo nec iure possint dici pastores, sed infatiabiles fures. Pridem qui fur famotus, dicebatur Summanus: idest, Manium summus, qui Plato inferorum Deus. Plaut. Corcul. Act. 3. v. 46. & Stich. 5. 2. v. 18. Turneb. 1. 1. Adversar. 7. inquit: Deus est Manium summus Plutus; qui omnes avarissimè rapit in suum thesaurum. Inde summanare, pro auid rapere & furari, Summani more. Infernus numquam dicit, Sufficit. Ore ita patulo, ventreque famelico. Adeo inolevit gliscens huiusmodi vitium inter Pastores Israel, ut civitas regia diceretur Filia latronis. Mich. 5. 1. Non intrabant per otium: Per fenestras quasi fures. Ioel. 2. 9. per quas pariter ascendit mors: Ierem. 9. 21. Non nisi ad homines ineptos, indoctos & avaros deserebantur dignitates, iuxta Hegeippi sententiam de excid. Urb. lib. 2. cap. 9. Lupi erant suscepti pro pastoribus in populi virus. Antiqui vocarunt Principes populorum pastores (inquit Natal. à Comitib. lib. 8. Mytholog. cap. 8.) debet enim Princeps non minus salutis, quam etiam utilitatis suorum populorum esse studiosus. Qui enim de tendendo grege (quid de excoriando?) tantum sollicitus est; non pastor sed lupus & latro est appellandus. Latenter primò arte ac vâritate, subinde abdicto rubore, publicitus. Sole coram, vexationes continas; pro lubio lege, quasi professo furis conferret decorem usurpatæ auctoritati. Ausferre, trucidare, rapere, falsis criminibus imperium est. Tacit. in Agricol. cap. 30. Astu & fraude dolus, atque luporum pectus: igitur de rapina convicti, tunc incedunt sine pudore pompatici, deaurantes furta decentia larvâ. Ideo dicuntur à Christo Fures & latrones. Hæcine geminatione non solum signatur furtum, sed & rapinarum continuatio, & perniciosa fieri, quasi splendor dignitatis commoda furis. Mercenarius non est pastor; quoniam extra pastorem, ex pelle ovium corrogare mercedem. Per insignia pastor auctoratus sit, sed re verâ fur, quia mercenarius est. Fur non Pastor: Epiphân. Per furta cognoscuntur officia. Ex fructibus eorum cognoscetis eos, quippe omnes qui viderint, cognoscant illos. In hocine propositum dicitur: Fures furantur. Iam ergo non solum furantur fures, sed etiam pastores, iustitiæ prætextu, honoris spario, velamine dignitatis specie exterius præ reverentia culminis; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ovid. 1. Trist. Eleg. 5. v. 9.

Utque rapax, stimulante fame, cupidusque cruoris, Incustoditum captat ovile lupus.

Fnr est & lupus & latro; peiorque, quia sub pastoris titulo. Hic enim pastus non est pastoris, sed lupi voracis munus.

42. Patet: non pascunt, sed pascuntur; dum propter munus pastores pascunt, idest, pascere est officium. Phrasis hæcine, uti præmissimus, num. 23. innuit sollicitudinem & exactiorem in ministerio. Beda ferm. 18. de Sanctis, refert pascus officia: Diligentiam (inquit in administratione, vigilantiam in adjuvandis laborantibus, misericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplina severitate censuram; ne aliquid ad exemplum bonorum factorum desit. Inferitur geminatio verbi & nominis, ut sese gerant erga officia, suam cognoscentes dignitatem, cum vigilantia: ut Cogitare cogitationes, intensè cogitare. In Testament. 12. Patriarch. cap. 11. Negotiationem negotiari: nimirum, sedulitatem, curamque in negotiationem pro utilitate apponere. Reges regunt, omnibus nempe numeris aptari ac respondere regimini & communi expectationi, sustinendo super humerum principatum ad unguem legum. Hoc est in pastoribus Custodire custodias. Zachar. 3. 7. Videtur Luc. 2. 8. Pastores erant vigilantes, & custodientes vigilas noctis super gregem suum. Græc. Custodientes custodias: igitur statim horis per vices succedebant pastores in vigiliis gregis, nequos oscitatione & otio bestiarum greges patreantur incurtus. Sil. Ital. 7. de Bello Pœnic. à v. 126.

43. Haud secus pastores qui pascunt. At quibus vexantur atque divexantur oves? Latrones, & fures. Vox iterata pro superlativo, atque sceleris excessu, ut diximus, num. 27. Quare dum fures ac latrones vocantur, indicat Christus in munere furacissimos. Fures insolentur (subdit Hieronym. in 7. Osee) & occulta fraude decipiunt: latrones audaciter aliena diripiunt. Qui enim furantur, nocte furantur & in tenebris. Menoch. in Ioann. textum. Fur (inquit) qui abigit: latro, qui mactat. Hug. Cardin. Fur, qui alienum suum dicit: latro, qui alienum habet ut proprium. Cuncta complexa pastorum non pascuntium, sed officio sine officia debacchantium insolentia; incumbentium tantum in propria commoda: igitur cum pro lege tantum illis voluntatis caeca voluptas, sine freno in gregem latronum surum descendit auctoritas.

Adferre magis, & inhiavit acris Lupus, observavit am dormiret canis. Gregem un-versum secum voluit avertere.

Plaut. ubi dudum, Act. 3. scen. 2. v. 15. Nulla curant. Pastor sitit, esurie, alget, ut accinit Mantuan. d. v. 12. Dormit sollicitudo: & nisi sit quæstus; dormit, erratque niger per lumina somni. Sil. Ital. d. v. 633. Unde cum in audaciam impellat officij auctoritas agrifque malè dispensata libertas; irunt privilegio libertatis, velucere legis,

Ut lupus in placidas sanguinolentus oves. Elucet sub insignijs furum & latronum, quod hypocrita, insolentes, tyranni, fumiventuli, vaniloqui & seductores; ut astraximus à nam. 6. Mantuan. Eclog. 4. à v. 249.

Prohibet sedâ thalamos, cœnacula, mensas Conspita, templa, vias, agros, mare, flumina montes, Incessare solent.

44. Sub pastoris metaphora Christi proponitur excellentia; ac erga nos (oves pascuæ eius) vigilantissima cura: igitur pro grege vitam dedit, ac proprio sanguine pascit. Hoc signum boni, imò optimi maximi pastoris, qui de cœlo descendit, & ministrari non venit, sed ministrare. Dignum etiam (ut verbis Senecæ utar 1. de Benef. cap. 10.) impendio sanguinis mei tuebor, & in partem discriminis veniam. Dignum, si eripere latronibus potero. In documentum ergo pastorum, non Principem se, sed ministrum egit: Sueton. in Claud. cap. 29. Virgil. 9. Æneid. v. 663.

Animam in aperta pericula mittit. Verùm cum pastus sit doctus, latrones Pharisæi foreque dicantur ob voluntaria dogmata: equidem cum perspicua seita legis, claudicaverunt à semitis suis, Cum ignorantie nocte hædæ à populi furati sunt: Rupert. in Abd. v. 5. Caietan. rem acu tangit hic v. 1. & 8. Fures sunt & latrones, studentes ad tollendum homines, qui eorum non sunt, occultatâ doctrinâ: & latrones, velut violentiam inferentes, multipliciter medijs ad trahendum, seu retinendum homines (quot liquet ex Christi minis, Matth. 23. 15. Va vobis Scribæ & Pharisæi hypocrita, qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum.

Tom. VIII. Tant. Eff2

Ceu nocte sub atra, Munitis pastor pavulis, per ovilla clausum Impacidiis somni servat pecus: effera scivit Atque impasta truces ululatus turba luporum Exeret, morsuque quatit restantia claustra.

Dum alij dormiunt, Epaminondas vigilat. Petr. Victor. Var. lect. lib. 1. cap. 21. Strylus observatus ab Homer. 24. Iliad. v. 738. de Hectore dicit: Custos custodietibus Illium. Exergasia in epitalmii sollicitudinis sæpe explicat conatum vigilem. Ibid. 10. Iliad. v. 181. & 192. Custodias agite, neque aliquem somnus capiat. Neque dormientes custodum duces invenerunt, sed vigilanter cum armis sedebant. 18. etiam, v. 311. Excubiarum recordamini, & vigilate singuli. Perfectè siquidem à pastoribus erga oves habetur studium, modò vel ad studium extendatur officium: non enim solummodo de officio habenda est cura ob regiminis famam; sed etiam de cura officij in custodiam. Cura, ut curatur (ait Plaut. in Persa, Act. 4. scen. 3. v. 58.) hæc cura. Graphice in exactum regimen, ut cura vigilans inveniat præfidem vigilantem: Idem in Amphitr. Act. 2. scen. 2. v. 94. Sic enim ut plene, cumulatè, & ex amussi (quin claudicat intentio, nec animus declinet à proposito) desinat in pastoribus feliciter cura, sine cura alia, dum viget sollicitudo; meditanda est meditatio, vigilanda vigilia & custodia custodienda. Mantuan. Eclog. 5. à v. 15.

Omnem operam gregibus pastorem impendere oportet: Ire, redire, lupos acere: nil superest otij.

43. Haud secus pastores qui pascunt. At quibus vexantur atque divexantur oves? Latrones, & fures. Vox iterata pro superlativo, atque sceleris excessu, ut diximus, num. 27. Quare dum fures ac latrones vocantur, indicat Christus in munere furacissimos. Fures insolentur (subdit Hieronym. in 7. Osee) & occulta fraude decipiunt: latrones audaciter aliena diripiunt. Qui enim furantur, nocte furantur & in tenebris. Menoch. in Ioann. textum. Fur (inquit) qui abigit: latro, qui mactat. Hug. Cardin. Fur, qui alienum suum dicit: latro, qui alienum habet ut proprium. Cuncta complexa pastorum non pascuntium, sed officio sine officia debacchantium insolentia; incumbentium tantum in propria commoda: igitur cum pro lege tantum illis voluntatis caeca voluptas, sine freno in gregem latronum surum descendit auctoritas.

Adferre magis, & inhiavit acris Lupus, observavit am dormiret canis. Gregem un-versum secum voluit avertere.

Plaut. ubi dudum, Act. 3. scen. 2. v. 15. Nulla curant. Pastor sitit, esurie, alget, ut accinit Mantuan. d. v. 12. Dormit sollicitudo: & nisi sit quæstus; dormit, erratque niger per lumina somni. Sil. Ital. d. v. 633. Unde cum in audaciam impellat officij auctoritas agrifque malè dispensata libertas; irunt privilegio libertatis, velucere legis,

Ut lupus in placidas sanguinolentus oves. Elucet sub insignijs furum & latronum, quod hypocrita, insolentes, tyranni, fumiventuli, vaniloqui & seductores; ut astraximus à nam. 6. Mantuan. Eclog. 4. à v. 249.

Prohibet sedâ thalamos, cœnacula, mensas Conspita, templa, vias, agros, mare, flumina montes, Incessare solent.

44. Sub pastoris metaphora Christi proponitur excellentia; ac erga nos (oves pascuæ eius) vigilantissima cura: igitur pro grege vitam dedit, ac proprio sanguine pascit. Hoc signum boni, imò optimi maximi pastoris, qui de cœlo descendit, & ministrari non venit, sed ministrare. Dignum etiam (ut verbis Senecæ utar 1. de Benef. cap. 10.) impendio sanguinis mei tuebor, & in partem discriminis veniam. Dignum, si eripere latronibus potero. In documentum ergo pastorum, non Principem se, sed ministrum egit: Sueton. in Claud. cap. 29. Virgil. 9. Æneid. v. 663.

Animam in aperta pericula mittit. Verùm cum pastus sit doctus, latrones Pharisæi foreque dicantur ob voluntaria dogmata: equidem cum perspicua seita legis, claudicaverunt à semitis suis, Cum ignorantie nocte hædæ à populi furati sunt: Rupert. in Abd. v. 5. Caietan. rem acu tangit hic v. 1. & 8. Fures sunt & latrones, studentes ad tollendum homines, qui eorum non sunt, occultatâ doctrinâ: & latrones, velut violentiam inferentes, multipliciter medijs ad trahendum, seu retinendum homines (quot liquet ex Christi minis, Matth. 23. 15. Va vobis Scribæ & Pharisæi hypocrita, qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum.

Tom. VIII. Tant. Eff2

Sil. Ital.

Etiam de furi cura curandum.

Plaut.

Mantuan.

Grinatio furi superlativo.

Hieronym. Discrimina latronis & furi totus pastores.

Plaut.

Stroxi

Mantuan.

Ioan. 10 11

Senec.

Sueton.

Virgil.

Rupert. Caietan.

Latronibus pastoribus lex, que contra se gerit.

Idem.

Et cum fuerit factus, factis eum filium gebanne duplo quam eos. Vos enim non intratis, nec introentes finitis intrare. Latrones & fures. Fures, occultando doctrinam sub specie veritatis. Latrones adificiando tot media, ut tanquam vim inferant mentibus hominum, quos seducunt. Vide illorum mores, & aliorum sectariorum, apud Iosephi. 13. Antiquit. cap. 23. & 24. lib. 18. cap. 12. ac de Bell. lib. 2. cap. 7. Dei precepta flocci ducebant, & leges; Seniorum dumtaxat somnias observantes traditiones. Matth. 15. a 3. Dispergebant, dum congregabant oves; quia fur non venit, nisi ut furetur, & macret & perdat. Christus ut pastor bonus venit, ut vitam habeant, & vitam habeant post vitam. Non rapit eas quisquam de manu mea: v. 28. Mai. 49. 24. Non tollitur a fortis prada. Cura illi vigil.

Homer.

Non mihi in oculis somnus insidet, sed cura est. Illi vigilia dormiunt, & custodia obliviscuntur.

Clem. Alexandr.

Hom. 10. Iliad. a v. 92. Unus gregis, nempe earum, que ipsam audiunt, ovium; unus est curatur: nempe is, qui perditam & querit & invenit: subdit Clem. Alex. 1. Stromat. cap. 14. Hinc per Ezech. 34. 23. dicit Dominus: Suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas. Gesta unici boni pastoris referuntur a Calpurnio Siculo, Eclog. 1. a v. 42.

Calpurn.

Aurea secura cum pace renascitur atas, Dum populos Deus ipse regit. Plena quies aderit, que stricci nescia ferri. Iam, nec adumbrati faciem mercatus bonaris Nec vacuos tacitis fasces, & inane tribunal Accipiet Consul: sed legibus omne redactis Ius aderit, morenque ferri, vultumque priorem Reddet, & afflicti melior Deus auferet axum.

45 Avaritia ac ambitione ducti, arrogantes sibi clavem scientia, cæci ac duces eorum, ad blandimen loquentes voluptatum, virus ovibus ministrabant in potum, doctis salis totum gregem impellentes in infernum; unde fures & latrones: quandoquidem vel ethnicos nictantes sibi aciescere, nascitebantur ut lupi laniare gregem & perdere. Si Magistri legis erraverunt & locuti sunt falsa, quid ab ethnicorum fenola? Disserte Augustinus hic Tract. 45. Plura in fidem argumenti adduci possunt; ut technæ (in penam illorum iniquitatum) constarent demonum: igitur traditi in reprobam sensum, ut faceret ea quæ non conveniunt insipiens cor eorum: sed lubet signare in speciem perditionis, quæ modo ut sacra aguntur a Mahometanis. Plurimi sunt Turcarum, qui vota suscipiunt. Quidam austeram vitam vocent, & hi omni tempore nudi incedunt. Alij vitæ abstinentiam, qui rarissimi cibo ac potu fruuntur. Alij paupertatem sequuntur ex voto: his in diem vivere satis est. Alij perpetuum silentium servant. Scorsim alij a populo ducunt dicit: quibusdam memora & salitudines placent. Alijs hospites in suas domos oppidatim excipere, religio sunt est. Quidam mendicitate continuâ vicitant. Alij ad sanctuaria inhabitant, & voluntarijs populi donis resicuntur. Quosdam rumor sine virili semine conceptos & natos. Habent etiam quos a morte Divos factos putent. Sacerdotes feriari sapient solent, nunc ut vota populi readant, tunc maiorum memoria in renovent; aliquando communis necessitate adducti, ad imbres impetrandos, aut serenitatem æris precibus obtinent. Hactenus Christophor. Richerius, de Morib. Turcar. Plura videlicet in partib. India Orientalis & Occidental. & Ludov. Marrac. Prodrom. in Alcor. an. refutat. Hi non intrant pro ostium: perdere volunt, macrare & occidere. Quæ illis videtur vita, perspicuè mors: materia virtutis virtus non est. Qui non est cum Christo, est contra, & qui cum illo non colligit, in iacturam dispergit. Inter illos fides viget, neminem salvari, nisi in Mahumedis spurcissima lege: alij arbitrantur meritis propriis ituros in coelum. Alij unicuique nationi legem à Deo datam, qua singuli vitam consequantur aternam. Ita apud Richer. d. His Ostiarius minime aperiet, quia non cognoscit. Zetzes in sedentes in cathedris pestilientia, Chiltad. 9. Histor. 267. succinit:

Arud Mahu...

Dignata illorum.

Zetzes.

Ianua divina doctrina, que est Evangeliorum, Per quam via est tendentibus in supernum regnum. Igitur qui non ingreditur per ianua hanc, Fur est, atque latro, & ex impijssimis, Animas depradans, atque demonij præbens.

46 Vidimus supr. nam. 30. acceptionem latronis pro laterone, comite, socio, vel stipatore, aut milite. Etiam in huiusmodi significationes invenitur Custos. Indicatur in Actis

Actis Apost. derento in carcere Petro: Custodes ante ostium custodiebant carcerem. Custodia solet usurpari pro gynæceo feminarum, & custodes pro observatoribus: Juvenal. 6. Satyr. v. 345. & Apollon. Rhodig. 4. Argonaut. v. 1183. Mulieres coppegate extra custodias. Hispanice: Guardia de vista: de quo infra, num. 47. Quare sæpe pro pedagogo cullos: vernacule: Ayo: qui dicitur Custos apparatus, Græcè Παδριβια, actionum instructor ac censor. Plaut. in Captiv. Act. 3. scen. 5. v. 50. Et me custodem addiderat beatus maior. Horat. 1. Satyr. 4. v. 118. Custodis eges. Hic custos accipitur pro milite amato; quod constat, v. 4. ubi Agrippa Petrum misit in carcerem, tradens quatuor quæstionibus militum custodiendum. Idem innuitur Matth. 27. 65. Habetis custodiam (hoc est, milites) ite custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntis munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. Astruc Novarin. lib. 3. Schediasm. sac. cap. 3. n. 68. Mos priscus ne facile effugeret vincitus, ligari manicis, aut catena cum custode, qui frequenter miles. Turneb. 5. Adversar. cap. 8. Senec. Epist. 5. Eadem catena & custodiam & militem copulat. De Tranquillit. cap. 10. Omnes (instit cum fortuna copulati sumus: aliorum aurea catena est & laxa; aliorum arcta & stricta. Sed quid refert? Eadem custodia universos circumdedit: aligati que sunt etiam qui alligaverunt, nisi forte leviores in sinistra catena putas. Patet ritus concatenationis & modus. Beroaldo teste, in Tiber. Sueton. cap. 61. Custodia pro culode & custodito, pro carcerario & in carcere incluso. Hinc apud Iurifconsultos titul. de Custodia reorum, dicitur: Si custodia (reus) se interfecerit, vel præcipitaverit; mittit culpa adscribitur. Si custos custodiam interfecerit. Si custodia casu defuncta fuisse dicatur, testat. nibus id probandum. Vid. latè Tusch. liter. C. conclus. 1120. & seqq.

f. 12. 6.

Custodia pro femina rum se esse & carum custodibus, pro pedagogo. Pro milite, armis instruo.

Olim vincti simul custodi vincti. Senec.

Custodia pro custodia, & custodia sua in carcerato.

Sueton. Custodia pro carcere.

Ioseph.

Act. 28. 16

Causa non expedita, reus vel extra cum custodia.

Custodia pro reus custodi. Regula pro vincit in carcere.

1. Mach. 12. 14. Custodia pro praesidio, & militi et praesidiario.

47 Pro carcere tantum sæpè sæpius indicitur custodia. Sueton. loc. cit. In cognoscenda custodij: in Caligul. cap. 27. Custodiarum seriem cognoscens. Plaut. Afinar. Act. 2. scen. 2. v. 32. Custos carceris. Marc. Senec. Controv. 11. Qui in custodia est, qui in carcere est. Sentus genuinus huius auctoritatis est pro differentia in carcere inclusorum. Unde custodia absolute & antonomastice pro loco in quo quis custoditur, cognoscitur: at qui vincit, dicebantur esse in carcere; sed qui in carcere non vincit, dumtaxat esse in custodia: De Agrippa, qui Petrum iussit comprehendere, ait Ioseph. 18. Antiq. cap. 8. (cum Romæ inclusus esset a Tiberio) Obtinuit ut in custodia servaretur a militibus, commodis moribus præditis, conviciisque haberet Centurionem, ei cura prepositum, & pateretur ad eum liberis, atque amicis aditus. De Augusto erga nepotem nequam ac male feriatum, inquit Sueton. in eo, cap. 65. In insulam transp. reavit, sepit que insuper custodia militum. Homer. 15. Odyss. v. 310. Ductorem, ut ducat. Pro culode oculo, & socio vigili, custodiis liberè ambulantibus, id est, sine vinculis: Vigiliam cohortes (vocat Tacit. 3. Histor. cap. 64.) servitia, & militem proprium. Etiam extra carcerem usus huiusmodi custodiæ vigili, seu associati. De Paulo perveniente Romam; dicitur Act. 28. 16. Permissum est Paulo, manere submet cum custodiente se milite; ne posset fugere vel elabi: quapropter continuo cum levi seu portabili catena: Nam licet custodiaretur, tamen suo vicibat arbitrio; ut ait de Agrippa, ubi dudum, Iosephus.

48 Custodia quoque pro vincit, & custodiæ militum traditis, invenitur interdum. Expressè habetur Act. 27. 42. ubi cum hereret impacta navis, qua navigabat Paulus vincitus cum reliquis vincit, qui v. 1. vocantur Custodie; subditur: Militum consilium fuit, ut custodias occiderent. Centurio autem volens servare Paulum, prohibuit fieri. Cicer. in Catilin. 1. ait: Postea tota ergastula libertate donaret. Ergastula pro vincit. Vide Iulium Lips. fasè tractantem, 2. Elætor. cap. 15. & Baron. in Notis ad Martyrolog. 14. Mart. Servius in 11. Aneid. v. 85. Hi qui custodiuntur, dicuntur Custodie. Unde Polib. 1. cap. 17. Custodias à magistratibus audiri, ait. Inter Græcos, ut observat Plutarch. 1. qq. Græc. mos fuit, reos seu custodias custodiri à Magistrato, qui Phylacta dicebatur, & in Scriptura, Genes. 39. 21. Princeps carceris, & 40. 4. Custos carceris. Alijs in locis Custodia & Custodes pro praesidio & militibus praesidiarijs. 1. Machab. 12. 34. de Simone Ioppem occupante, dicitur: Possit ibi custodes, ut custodirent eam: hoc est, ut servantes milites impedirent expugnari. Hoc enim intuitu (post devictam Bethsuram ab Epiphane) constituit illic custodiam servare eam. Ibid. cap. 6. 50. De custodia pro lege, egimus in Prolog. Galat. §. 4. n. 10. & Iparium Tom, præcedentibus.

49 Iam ergo in testimonium tautologice de custodia custodientium foras & in carcere Petrum. Complacere Iudæis cupiebat sublato Petro, sicut illis gratus, ocellis Iacobo: cavique ne comprehensus evaderet, sicut quandoque contingit: cap. 5. à 18. Hinc sum-

Gloss.

Quarta adhibita cura in circumspecta Aristoph. Homer.

Quid carcer?

Elvi accep-tiones.

Marian.

Quid in carcere Latum? Act. 16. 24

Illorum calamitatis.

Solorz.

Ioseph.

Iucret.

Ergastula quae sunt apud Romanos?

summo studio & custodia praecaveri iussit libertatem, ita ut effugij nec ulla micaret spes. *Quatuor difficultates cumulant custodiam: carcer, milites, catena & custodia.* Gloss. ordinar. Cuncta Agrippa excogitavit, & ne Petrus evaderet, diligenter apposuit. *Carcer*, in quem misit, de quo infra, *num. 52.* Milites non solum intra & extra, sed simul cum illo catenatos: v. 6. Ulus plicus, ut diximus, *num. 46.* Varro de *Ling. Latin.* lib. 6. *Castros custodis*, Aristophanes in *Aves.* Act. 9. v. 43. *Clausi sunt & custodiuntur circumcirca: custodia statuta sunt.* Plaut. in *Captivo.* Act. 2. scen. 2. v. 4. *Vinculis, custodisque circummaniti sumus.* Etiam *Catena*, de quibus v. 7. Denique *Custodes*, & plures; igitur tradidit quatuor quaternionibus militum custodiendum: v. 4. *Hom. 9. Iliad.* v. 8. *Septem erant, custodum duces.* Ita opprimebatur Petrus: igitur non solum vincus duobus catenis inter duos milites, sed etiam ante ostium custodiebant carcerem milites exteriores. Petrus erat custodia militum, custodibus militibus, & in custodia: id est, carcere. Carcer namque dicitur locus circumvallatus. Unde mutus appellatur carcer civitatis. *Sophocel. in Antigone.* v. 133. *Carceribus in summis* (murorum nempe pinnis) *victoriam iubilare.* Haccine metaphorâ, quia praebatur Aegyptij nequibat movere pedem, dicitur Sapient. 17. à 16. *Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Si quisquam decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.* Pro loco sordido similiter carcer usurpatur. *Exod. 12. 29.* A primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, usque ad primogenitum captivae, quae erat in carcere. *Hebr. In domo cisternae, in fovea:* quod Proverb. 21. 9. & 25. 24. dicitur, *Sedere in angulo domatis.* Noltrates: *En un rincón del desván.* Ita quia locus arctus, simulque vallatus, extra quem (quin daretur signum) quadrage & bestia non habebant exitum; carcer dicitur, unde in cursum egrediebantur, aut amphitheatrum, sicut athletea in certamen. *Hom. 23. Iliad.* v. 758. *A carceribus extensus est cursus.* *Virgil. 5. Aeneid.* v. 145. *Ruuntque effusi carcere currus.* *Marlian. Ep. tom. Topograph. Rom.* lib. 4. cap. 10. insit: *Carceres in prima Circi parte. Carceres hinc vocati, quod equi, donec Magistratus signum pugna dedisset; illic coercerentur.* *Fuse Panvin. de Ludis Circusib.* Unde *Adagium: De carceribus ad metam.* *Erasin. Cbil. 1. Centur. 6. num. 58.* & *Levin. Torrent.* in *Horat. de Arte,* ad v. 412. Denique cancelli dicuntur hortorum carceres & aereolum. 50 In prima solummodo significatione accipienda est vox *Carcer* in nostro testimonio: pro loco scilicet quod vincus iacet inclusus ac detrusus, à militibus custodia: in quo aliqui obscurores contractae cellae, quae vocantur *Ergastula*, & *Latumia*. *Græc. Hypogeum & Catageum;* ubi homo potius videtur deffosus, quam trusus: igitur sine motu praecatenis, seclusus ac expertus iacet communis viventis lucis. In Scriptura dicitur *Carcer interior.* *Act. 16. 24.* Elucet quippe subditur de Angelo & Petro, v. 10. *Transiunt primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quae ducit ad Civitatem.* Licet igitur à militibus, quam custodita custodia Petri, ex custodia externa duplici: etenim interioris erat Petrus dormiens inter duos milites, vincus catenis duabus. Miser iacet in abditissimo loco sustinens praeter ferrum, militum indolem: siquidem excubias facientes, etiam custodes ante ostium custodiebant carcerem. Graphicè describit situs gravamina *Solorzanus Emblem. 70.* Ex *Cassiodoro*, vocans carcerem, *Cellam gemitum, tristitia domum, locum perpetua nocte cacatum; in quo non unum tormentum sustinet reus, qui antequam incurvat necis exitus, à superis probatur abscessus.* Primum pedor ille, collegam catenarum abominabili macore discruciat: auditum alieni gemitus & lamenta conturbant: gustum icivnia longa debilitant: tactum pondera vehementia vexant: lumina diutius tenebris obtusa turpescunt. Non est unum clausi exitiunt: multifaria morte perimitur, & squalore torquetur. Quid si accedit illo in loco & inter illos diuturnitas? Excogitatum à Tiberio, ut magis sine morte leviret. *Vincetorum causas ideo se, aiebat, sicut cognoscere* (inquit d. Ioseph.) *ne affecti supplicio citò levarentur malis, quae meruerint antea illis sceleribus.* De *Tarquino* dicitur à *Rhodigino*, invenisse vincula ferrea, taureas, fustes, compedes & latumias: *lib. 10. cap. 5. Casellium, 1. Var. cap. 8. Parrhas. Epist. 18.* *Haac Grang. in Satyr. 6. Juvenal. v. 490.* & *Dionys. Lambinum adis in illud Lucret. 3. vers. 1020.*

Carcer & horribilis de saxo iactus eorum, Verbera, carnifices, robur, pax, lamina, iada.

Illustris de huiusmodi cruciaminibus legitur disputatio apud *Baron. loc. cit. num. 48.* 51 *Ergastula* inter Romanos extra urbes erant, in villis, scilicet, seu pagis; quibus locus subterraneus depressus, angustis fenestris distinctus (ubi vincus servabatur) à terra sic editis, ne manu contigi possint. *Columell. 1. cap. 5. Lipsius, lib. 2. Elector. cap. 15. l. ve-*

venal. *Satyr. 14. v. 25. Mirè afficiunt ergastula, carcer rusticus.* Romæ in medullis, ut refert *Tit. Liv. lib. 11. scilicet. 113.* ab Anco Martio ad terrorem incrementis audacia, in radice *Capitolij* (qui post *Tullianus* dicitur est à *Tullo Rege VI.*) edificatus carcer famosus, quem ita describit de *Bell. Jugurth.* *Saitit. Est locus in carcere (inquit) quod Tullianum appellatur. Ubi paulò descenderis, ac pressus ad levam circumter viginti pedes, cum manent undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculca tenebris, & odore foedo, atque terribili eius factis.* *Calphurn. Flacc. apud Marlian. 1. p. Topograph. Rom. in Iconib. pag. 38. insit: Video carcerem publicum saxis ingentibus structum, angustis foraminibus, & oblongis, lucis umbram recipientibus. In hunc abiecit rei Robur Tullianum aspiciunt* (ita dicta cella in ipsa rupe *Tarpeia* excavata, quo intelliges *Lucretij* mentem vers. praefato, *num. antec.*) *& quoties iacentes ferrati: postis stridor excitat, examinantur, & alienum supplicium spectando, suum disant. Sonant verbera intus, recusantibus spurca manus caraficis ingeritur: sed & ianitor inexcortabilis pectore, qui sentente matre, sicco tenet oculos. Ille vivens corpus exasperat, manus catena premunt.* *Marc. Varro de Ling. Latin. lib. 4. Carcer à coercendo, quod exire prohibentur. In hoc pars, quae sub terra, Tullianum, deo quò additum à Tullio Rege; quòd Syracusis, ubi hac de causâ custodiuntur, vocantur Lutumia. Latomia enim est Græcum, & maxime à Syracusanis, qui Latumias & appellant & habent adinstar carceris, ex quibus locis excessi sunt lapides ad extruendam urbem.* *Allipulatur Sext. Pomp. Cicero verò in Verrem, act. 7. insit: Latumias Syracusanas omnes auasisti, plerique nostris: opus est ingens, magnificentum, Regum & Tyrannorum. Totum est ex saxo, in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum, nihil tam clausum ad exitum, nihil tam septum undique, nihil tam rotundum ad custodias, nec fieri, nec cogitari potest. Perspicuum quanta levitia Romanorum, potentia insolentium, & ab humifudi locis liberatos ad Scalas Gemonias condemnantium; quae ita dicit, eò quòd locus genitus & calamitatis, quò trahebatur unco ex contumelia carceris in maiorem cadaverum contumelliam. Videtis hæc & alia apud *Rhodigin. lib. 10. cap. 5.**

52 Longè crudeliores trucesque Asiatici: etenim non solum loca tenebrosa, ac munita stuebant; sed & penitissima in abditis penetrabilibus telluris, uti hypogæa (*Hispanice: Calabozos, Mazmorras*) subterranca, pleha caeno, profundissima extra communem carcerem, ore brevi, alvi amplissima, instar amphoraè prægrandis fabricata. Inde exit sine vinculis trusus, illi impossibilis exitus. Quid catenis onus? *Genes. 39. 20.* de *Iosepho: Putiphar tradidit in carcerem, ubi vinculis Regis custodiebantur, & erat ibi clausus.* *Hebr. In domum rotunditatis.* *Alstruitur cap. 40. 15. Hic immotus in lacum missus sum.* *Maluendi. Fovea excisa.* Patet ex *Ieremia*, de quo: *Ingressus est in domum lacu, & in ergastulum.* *Hendiadys* est: id est, in lacu ergastulum; non in lacum ergastuli: tunc igitur non ita dicitur habitus, quousque ira Principum crevit, qui tulerunt *Ieremiam*, & protulerunt eum in lacum *Melchia*, qui erat in vestibulo carceris: & summiserunt *Ieremiam* funiculis in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque *Ieremias* in tænum: *cap. 38. 6.* *Perspicua lacu forma: igitur fonibus illuc haud demitteretur, si posset pedibus ire; ubi etiam nudatus vestibus citi detrusus. Tolle triginta viros, & leva *Ieremiam* de lacu, aut equum moriatur. Assumptis ergo *Abdemelech* secum viros, tulit veteres pannos, & antiqua quae computruerant, & submisit ea ad *Ieremiam* in lacum per funiculos: & extraxerunt *Ieremiam* funibus: mansit autem in vestibulo carceris. *Id. à v. 10.* *Roboratur* propositum ex alijs Scripturae testimonijs, quibus acerbitas illiusmodi incarcerationis explicatur. *Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.* *Thren. 3. 5.* *Quasi delectus ac vincus posset exire, vel levari ab illa afflictione, saxo munitabant, atque signabant os putei: quapropter v. 55. subdit: De lacu novissimo: id est, de inferno deorsum (Ecl. 1. 7.) de altitudine ventris inferi. Idem stylus apud *Isaiam 14. 15:* contra *Nabuchum: Ad infernum detraheris, in profundum lacu. Psalm. 87. 7. Posuerunt me in lacu inferibri, in tenebrosis & (pro Idem) umbra mortis: quo necessaria caligo & frigus, atque morore & cruciamine fletus. Siccine intelligitur illud *Pauli: Nocte & die in profundum maris fui;* dum esset *Cyzici* in *Propontide*, Ibi enim (ut refert *Beda* ex *Theodoro*, in *Quaestion.* quaest. 3. *Titul. 8.* erat carcer qui *Profundum maris* dicebatur. Quo perspicuè dicitur sacer textus. *Alstruit Baron. Martyrolog. die 20. Septembris. C. & Anin. Christ. 58. n. 43.****

53 Luce splendida fulget modo sensus Astartoris N. sententia, vultum habentis Iovis, sed fulminantis. Saepè indicat impios proiciendos in tenebras exteriores. *Matth. 22. 13. & 35. 30.* Patet locus expositioni facilis, qui videbatur omnino difficilis. *Tenebrae*

Salust.

Quam horribilis carcer Tullianum.

Calph.

M. Var.

Cicer.

Ierem. 37. 15.

Hendiadys. Ergastula Hebraeorum dicitur.

Et pro Idem. 2. Cor. 11. 25.

Matth. 8. 12.

Quae tenebrarum interiorum & exteriorum

Abulenti

Verf. 100

Tenebrosa carceris

Libertas generis humani incarnatione Verbi

Pausan.

Salust. Tenebra pro summo angere

Euripid.

Sueton.

Ovid.

Epiras.

Virgil.

Quae qualis & ubi Petri carceris

exterior est receptaculum obscuri in interiori carceris. Sunt tenebrae exteriores & interiores respectu sensus appetibilis visus. Interiores, quando ob caecitatem nihil nullibi videtur, est visibile. Quid & quorsum caeco lumen? de quo latius egimus *Tom. 6. l. 9. a. n. 30.* Exteriores ubi oculi potentes in visibilia sunt, sed quasi non essent, quippe aperti, praeter caliginem quasi essent clausi. Non aliter accidit in latumij, qui locus dicitur *tenebrae exteriores.* Tenebrae, quippe obscurissima habitatio, quasi aperta abyssi. *Exterioribus*, quia extra septa & claustra carceris. *Locus profundus extra carcerem* (inquit Abulenti, *quae st. 558.*) in quem fontes per fines demittebantur; expositus in nubibus, & frequenter immundus aqua & caeno. Quod extra situm communis carceris esset huiusmodi vorago, delicatur ex contextu: igitur Angelus & Petrus venerunt ad portam ferream, qua ducit ad civitatem. Ergo extra civitatem erat barathrum illud, quo Petrus inclusus; non enim spectaret porta civitatem, si extra non esset. Hic locus fordidos famme, excitamen doloris; & quia subterraneus, intolerabilis frigoris: qua de causa foedit Christus, v. 12. *Ibi erit stetus & stridor dentium:* quasi calore naturali suffocato. Effectus alios refert Paulus, 2. Cor. 11. a. 23. *In carceribus abundantius, in pagis supramodum, in moribus frequenter, in labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in frigore & nuditate.* Imago elucet Petri iacentis in tenebrosis & in umbra mortis: ac magis elucet, ante libertatem per Christum, totus Adamus iacens & gemens, quem eduxit gratis magis consilij Angelus. Psalm. 106. 10. *Sedentes in tenebris & umbra mortis, utinon in mendacitate & ferro;* ut confiteantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum: *Redemptorque diceret his qui vinciti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Revelamini.* *Isai. 49. 9.*

54. Haec horridas custodias Hebraei habebant, sicut aliae nationes, uti apud Lacedaemones *Caedam foveam, in quam maximis criminibus capite damnatos praecipites mittebant.* Pausan. cap. 129. apud Athenienses *Barathrum*, quod usurpatum etiam apud Romanos, ut observat Plutarch. in *Mario:* apud Mulesios *Thestrum*, id est, reconditum: apud Numidas, *Sepulchrum*, de quo Adherbal ad Senatam Rom. ut ait Salustius in *Bell. Jugurth.* Orat. 1. dixit: *Quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mureore & luctu, morte gravatorem vitam exigunt.* Tenebras pro actori gravamine, ac vehementiore angore in tetro carcere, signant saepe apud sacra paginae. *Ierem. 3. 6. In tenebrosis collocavit me.* *Isai. 45. 19. In loco terra tenebroso.* In specimen penarum demonum, ait Iudas v. 6. *Angelus vero, qui non servaverunt suum principatum, in iudicium magni diei vinculis aeternis sub caligine servaverunt.* Locus ita dispositus vivide, supposito necessario expresso, describitur ab Euripide in *Baccis.* v. 510. *Constringite eum iuxta equisire praesepe, ut obscuras videat tenebras:* quasi tenebrae carceris obscura non esset respectu recessus penitioris intra ergastulum, Sueton. in *Neron.* cap. 46. *Vidit per quietem trabi se ab Octavia uxore in ardentissimas tenebras.* Ovid. 11. *Metamorph.* fab. 10.

Omne latet caelum, duplicataque noctis imago.

Horror enim quasi Tartari objicitur ex epitali per auxilium tenebrarum in carcere caeco. *Omnia caeci in tenebris metuant.* Lucret. 2. v. 54. & 746. *lib. 3. v. 295. Sufficiens caeca caliginis umbras.* Scatius 12. *Thebaid.* v. 304. *Densis tenebris: & 614. Nigrant, & lababant astra tenebras.* Politian. in *Manto* v. 111. *Obscuris submersa tenebris.* Pontan. *Uran.* lib. 1. *Nigrae eripere tenebrae.* Alij ex Vatribus Ethnicis signant Arcanas tenebras, *Nigras, furores, anobryas, infernae, terrificas, horrendas, & caliginosas.* Virgil. 6. *Aeneid.* v. 390. *Umbrarum hic locus est:* & v. 577.

Savior intus habet sedem: tum Tartarus ipse

Bis, patet in preceps tantum, tenditque sub umbras.

Comprehendit Iobus, 10. a. 21. *Ad terram tenebrosam, operam mortis caligine, terram miseriae & tenebrarum; ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Si his signis infernus describitur, a signis carcerum species demonstratur: igitur ita in huiusmodi abscessu tenebrosos terror & horror, ut in hac vita sit infernus superior.

55. Haud displicere possunt in expositionem Tenebrarum externarum, & horrores carcerum caligine atque ponis terribilium praefata; quandoquidem ex auctoritatibus cogitationi validissima fulcra: verum minime nobis aridet, carcerem, ex quo ab Angelo Petrus eductus, fuisse lacum formae supra descriptae (quod haud praeteriret Lucas, Apollolorum referens excellentiss) sed carcerem fortissimum inter urbis famosiores,

nimirum in Antoniana arce, ut placet Baronio, *Ann. Christi* 44. num. 5. quam describit Ioseph. 1. 5. *Antiq.* cap. 14. 18. 8. & lib. 6. de *Bell.* cap. 6. ex quo Adrichom. in *Urbis descript.* n. 29. Ex contextu elucet. Cum Petrum Agrippa apprehendisset, *misit in carcerem, tradens quatuor quatuoribus militum custodiendum;* ita dispositis praeter laterones Petri, ut constituerent duplicem custodiam, quam clusit Angelus, ut salvaretur Petrus. Ita a v. 4. Umbra totius articuli etiam apud Profanos. Euripid. in *Baccis* v. 447.

Sua sponte vincula soluta sunt:  
Claustraque laxarunt fores sine mortali manu.  
Decerpit Ovidius ex illo lib. 3. fab. 9. cit. *Metam.* & Natal. Comes, 5. *Mitholog.* cap. 137.  
Praecipitem famuli capite hunc, cruciat aquae auris  
Corpora tormentis stygia demittite morti.  
Clauditur in tectis, dum flam crudelia iussa.  
Instrumenta necis, ferrumque ignisque parantur.  
Sponte sua patuisse fores, ipsaeque lacertis  
Sponte sua (fama est) nullo solvente catenas.

56. Nec obstat, quod dicantur: *Venerunt ad portam ferream, quae ducit ad Civitatem,* quasi extra civitatem esset ille lacus, seu ergastulum. *Suspicio* (inquit hic Doctissimus Sanctius, num. 28.) in eo carcere duas fuisse ferreas portas: alteram per quam egrederebatur absoluti a culpa, & ingrederetur ministerium forensis, & alij non plebeii: haec ducebat in civitatem, per quam eductus est Petrus. Alteram quae spectaret Calvariam, id est, supplicij locum, per quam capitali poena multi emittebantur: sicut in alijs provincijs portae sunt infusa & exegrasae, per quam fontes ad ignobilem mortem, ad crucem seu Barathrum extrahuntur; ut Athenis illa, quae Charonia vocabatur, & quae a Romanis *Lybbinensis*, de quo Plutarch. libell. de *Curiositat.* Lorin. hic: *Omnes fore Latini interpretes (inquit) portam istam intelligunt exteriorem carceris (non civitatis) & hanc in exteriore parte civitatis fuisse, asserit Petrus Comestor in Aet.* cap. 57. Nec quia processerunt vicam unam (qua fulcro, aliquibus placet portam ferream respexisse extera, intell. ligendo *Vicum* pro pago) altruitur carcer extra civitatem; igitur Vicus hic intelligendus est Platea, vel domorum insula in ipsa urbe. Quare recte Caietanus subdit: *Hinc apparet, quod carcer erat in civitate.* Deinde quia venit ad domum *Mari*, v. 12. quae quidem erat in civitate David, ut observat Baron. *Ann. Christi.* 34. & Adrich. d. m. 6. Situs profecto ubi tot mira facta, aliter dicitur *Caenaculum Sion.* Ex Evangelistis constat in civitate fuisse. *Matth.* 26. 18. *Marc.* 14. 13. & *Luc.* 22. 10. In platea proxima huic domui relicta quit Angelus Petrum; illucque processit, postquam in se revertens cognovit locum.

57. Quid ergo dicemus ad illud de tenebris exterioribus? *Est ergo carcer ille, in quem inclusus Petrus (ait Sanctius subinde, num. 34.) quem tenebras exteriores Christus vocat; quia extra civitatem antiquam Ierusalem, neque procul a Calvaria, ad quam captivus rei producebantur, Haud sententiae postum subscribere: igitur statim subdit: Locus vero erat in interiori carcere profundus, teter, & odore foedus.* Quid exteriores tenebrae cum interiori carcerem? Si de situ illius carceris; tenebrae sequantur interiores. Tenebrarum exteriorum nunquam mentio in Scriptura, nisi in concionibus Salvatoris: accipiunturque nonnumquam pro penis inferni, oppositi caelorum felicitati, quae graviores in aeternum filij lucis. Unde est in inferno tenebrae interiores sunt exteriores tenebrae dicantur. Tenebrae, quia damnati sine luce sunt: exteriores, quia sine luce sunt extra. Tenebras exteriores, id est, remotas a vera luce. Sae in 22. *Matth.* cit. Caietan. *ibid.* cap. 8. signat tenebras interiores damnatorum in caecitate animi: exteriores, in privatione sensibilis lucis. Non absit, sicut taxant nonnulli, sed immerito; ut constat ex illo Christi, *Luc.* 11. 35. *Vide, ne lumen, quod in te est, tenebrae sint.* Aliae quidem sunt tenebrae, quae extra sunt: internas dumtaxat pariter mens. Si tenebrae exteriores tenebrae sunt, quae extra sunt: interius? *Matth.* 6. 23. Sine ambiguitate aluit Augusti. *Psalm.* 6. *Hic omnes (inquit) dolores & tormenta patiuntur, & maxime damnum intelligentiae veritatis. Nam ea est caecitas mentis: in eam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei haec secluditur. Sunk enim tenebrae exteriores, quae magis ad diem iudicij pertinere intelliguntur. Penitus enim esse extra Deum, quid est, nisi esse in summa caecitate? Dicite Caietanus, quod Augustinus. Unde non recte. Imo rectissime. Vel Lucretium haud fugit. Ita ergo modulatur, *lib. 2. v. 52. & Manil. 1. 2. v. 8.**

Omni cum in tenebris praesertim vita laboret,  
Quid dubitas, quin omne sit hoc rationis egestas?  
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras,  
Arbitror hac phraasi, quae propria lesu, ab illo indicari poenam sensus & poenam damnatione

Tom. VIII. Tant. Ggg per

Euripid.

Ovid.

Bis in portam forensis ducit, & quae ducit ad Sancti.

Lorin.

Verf. 10.

Caietan. Verf. 52.

Sanct.

Tenebrae exteriores pro penis inferni.

Quae tenebrae exteriores in inferno

Augusti.

Lucret.

Pena damni & sensus indices.

Matth. 25. 42.

Catachresis.

Saa. Pl. 11. 10. Unde exigit stridor dentium

Lucret.

Cruc.

Sil. Ital.

Petrus cur laboribus quiescit

Scuoc.

Ovid. 1.

Amor. Elég. 6. v. 7.

Verf. 10.

Juvenal. Yngl.

Cur non se in libertate credebat libertum?

Verf. 9.

Arator.

per tenebras internas mentis. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ita ut mentis eacitate, falsitate iudicii, iniuste damnatos perverse altruant, nec se vel poenis à iudicio retineant, imò in cecitate obstinate peristant. Illam, per tenebras exteriores corporis (ut ait Augustin. Epist. 20.) prout opponuntur aeternae vitae gaudijs. De pena damni non erat expofitionis tempus, quia à melioribus dumtaxat confirmabat discipulos. Utramque significavit (quod prædixerat David, Psalm. 6. 9.) dum dixit dicturum: *Discedite à me maleddi in ignem aeternum*: Matth. 25. 42. In tò *Discedite*, poenam indixit damni, & tenebras interiores. In tò *Ignem aeternum*, sensus penas per ignis flammam, & exteriores tenebras. Quapropter cum in inferno sine summa tormenta, quippe summa tormentorum; ut homines poenis removeret à malis, pro inferno dixit *Tenebras* exteriores.

58 Claret Matth. 13. 50. ubi de eodem argumento differens: *Exibunt Angeli & separabunt malos à medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis*. Quod modo signat caninum ignis, alibi dicit *Tenebras* exteriores. Constat in utroque periodo idem epiphonema: *Ibi erit pectus & stridor aentium*. Fletus per catachresim, singultus, gemitus, ciulatus, lamenta, gestus ac motus dolentium. Dentium stridor, non ex frigore, sed ex cruciamine, ac acerbissimo dolore: quos in equole torquent, crebro dentibus strident. Saa in 8. Matth. cogitat: *Fortè ex indignatione & rabie*. Offendit Regius Plales: *Peccator videbit & irascetur: dentibus suis fremet & tabesct: desiderium peccatorum peribit*. Haud semper dentium stridor à frigore: frequentius à vindicta propensione, verum sine facultate: qua ingulata, pressis labijs, attritis dentibus, apparet implacabilis ira. Ovidius, 8. *Metam.* fab. 11. *Dentemque in dente fatigat*. Lucretius, 3. de *Rer. natur.* à v. 282. in propositum succinit:

*Tracunda mens facile effervescit in ira,  
Quae tremulum facit in membris existere motum.  
Quae ciet horrorem in membris, & concitat artus,  
Cum fervescit, & ex oculis micat acribus ardor.*

Haud secus peccatores dum considerant Iustum & quarunt mortificare eum, frustrato proposito, strident super eum dentibus suis. Virgil. 3. *Aeneid.* v. 664. *Dentibus infrendens gemitu*: & Crucius in *Psalm.* 36. 12.

*Fremensque saevis dentibus spirat minas.*

Ita damnati in inferno, seu exterioribus tenebris, quibus vis signatur extremi summi cruciaminis; dum iusti ab illis irrisi regnum possidebant lucis. Haud latuit Ethnicam statum utriusque phrasis. Sil. Ital. 13. de *Bell. Punic.* v. 75.

*----- Fœdere certo  
Degeneres tenebris animas damnavit avernis:  
At quae aetherei servatur seminis ortus,  
Caeli porta patet.*

59 In hocce horrido loco etiam catenatus dormit Petrus. *Tanta enim fiducia sua est* (inquit Senec. de *Tranquill.* cap. 11.) *ut obviam fortune ire non dubites, nec unquam loco illi cessurus sit*. Non habet ubi illam timeat (transibit per portam ferream) quia non tantum possessiones & dignitatem, sed corpus quoque suum, & oculos & manum, & quicquid est cariorum vitam facturum, seque ipsum, inter precaria numerat, vivitque ut commodatus sibi, & reposeat: *bus sine tristitia redditurus: nec ideo est vilis sibi, quia seipsum non esse: sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspectè, quam religiosus homo sanctusque solet tueri fidei commissæ*. Sequitur Angelum.

*Ille per excubias custodum leniter ire  
Monstrat, inoffensus dirigit ille pedes.*

Postquam custodias & milites quaterniones transierunt, venerunt ad portam ferream quae liberè patebat civitas: & ne fieret obex libertatis, *ultrò aperta est eis*. Mirè factum, quod ab Ethnicis in mirum quandoque factum. Juvenal. *Satyr.* 4. v. 63. de *Vesta Minore*, cui obstitit intranti portæ cum turba, ait:

*----- Facili patuerunt cardine valvae,  
Ostia iamque domus pature ingenia centum  
Spontè sua.*

Inquit Virgil. 6. *Aeneid.* v. 81. Ita fortiter custoditus erat Petrus, ut in libertatem miraculo esset opus: igitur dum eius libertas à puella Rhode nunciatur, profectò insanire, dicitur. Quinimò ille ipse libertate donatus in ipsa libertate existimabat se visum videre: quandoquidem liber ita custoditus, planè videbatur somnus. Arator hic à v. 1014.

*----- Caeli veniente ministro,  
Carcere umbra fugit, pulsa periere tenebrae.*

Ex-

*Expectate tuis, cunctaque in tempore charus,  
Et nobis, iam Petre veni, simul omnibus exi.*

Non expectabatur ille, sed eius supplicium coram plebe, & dum videtur, videtur puella insanire. Sophoc. in *Electr.* v. 886. simili in articulo puellæ nunciandi, *Adest Orestes nobis* (scias hoc à me audiens) manifestè, quem admodum intueris me; dictum promptè: *Nunquid insanis miserè? Rides*. Describit etiam aliò intentus totam scenam Lucanus, 2. *Pbarsal.* à v. 73.

*----- Mox vincula ferri  
Excidere senem, longisque in carcere pedor.  
Poenas ante dabat: mors ipsa refugit  
Sape virum, frustra que busti concessa potestas.  
Viderat immensum tenebroso in carcere lumen.*

60 Præsentia Angeli dum decidunt vincula, Petri elucet in vinculis innocentia. Est discrimen inter solvere catenas & frangere, rumpive. Mos veterum Romanorum egregius ac memorabilis, quod quibus iniquam ob causam iniectæ compedes abæ catenæ fuissent; vincula non solverunt, sed frangerunt securi, ut illorum & carceris infamia deleteretur. De se refert Ioseph. 5. de *Beh.* cap. 12. *Titus qui cum patre aderat; iustum est (inquit) pater una cum ferro, etiam probro Iosephum solvi. Erit enim namquam nec initio vinculus sit; si non dissolverimus, sed incidimus catenas: namque id agi solet in his, qui non rectè fuerint vinciti. Eadem Vespasiano placebant: & quidam interueniens securi catenas abruptit. Morem quoque refert Hegeippus, 4. de *Excid. urb.* cap. 28. *Solvi præcepit vinculis (ait) iustu Imperatoris, adiecit Titus, ut frangerentur potius, quam solverentur catenæ: quæ si frangerentur; ita esset, quasi non fuisset ligatus. Placuit Imperatori, securim deferri, & iussit frangi catenas*. Allusio facta à Davide, quem propter innocentiam suscepit Domianus, cui dixit: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Aliter Romæ actum pro libertate, & beneficij perpetuâ recordatione; altruitur ab Alexandro Neapolitano. *Est tamen observatum* (inquit lib. 3. cap. 20.) *ut siquem ex servis de ergastulo aut vinculis relaxaret; catenas è manibus pedibusque, quibus vincitus fuerat, quandoque incidere; ut vinculorum pars in eo corpore maneret, quo argumento signabant servum minus iuste vincitum fuisse, neque iustam servitutem servasse, nullumque ius patroni domino competisse, illumque pristina libertati, ac si nunquam vincitus fuisset, restitutum*. Hinc etiam in servis origo annulorum ferri, de qua egimus hæc *Tautolog.* 4. num. 32.*

61 Terminorum Tautologiae expofitio facta, num. 23. & num. 42. facilisq; delicata geminatio per adverbium; ita ut sensus sit, *Custodes ante ostium custodiebant carcerem*: id est, vigilanter, diligenter, sollicitè custodiebant, excubias exercentes, & ne Petrus laberetur, observantes instat Argi. Ovid. 1. *Metam.* fab. 11.

*Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:  
Inat suis vicibus capiebant bina quietem,  
Cætera servabant, atque in statione manebant.  
Sed centum oculos nox occupat una.*

Non aliter præesse debent, qui debent præesse, gregem ducentes in pascua, quin unquam claudantur lumina. Sicine pascunt pastores qui pascunt, longè qui dignitate in blandimina quiescant. *Ad pastores qui pascunt*. Hebr. *Ad pastores pascetes*. Syr. *Pastores, qui moderantur gregem*. Chald. *Ad pastores gubernatores*. Clemens Alexandr. *Gregis curam gerentes*. Maldonat. *Qui pascere debent*. Sancti. *Pastores, qui præstant*. Christoph. Callro: *Qui munus pastoris habent*. Maluend. *Ad pastores, quorum est pascere*. Concordia lectio-num in Littera facta. Ad mores ergo aliquid, ut sequentes in officio pastorum pascentium munera; ab illo pascamur, qui pascitur inter lilia.

ADINATON EXEGETICUM.

Enilog. excurs.

1 **A**D pastores qui pascunt. Cognoscuntur enim per ministerium, maxime in Ecclesiastica disciplina; ut religionis sit forma: etenim si pascunt in religione, quæ fora honoribus virtus; perfectione virtutis, in pastore pastoris nequaquam pascitur. Tom. VIII. Taut.

2 **A**D pastores, qui pascunt. Sape velamine ferventis zeli, præcipites lapsus lingue: hæcque dicuntur *ad pastores, qui pascunt*, ut pascant; atque colore pascus minime pungant: equidem pascus atque cibus rationali, non sunt vepres & spinæ. Egg 2 Ad

Sophoc.

Lucan.

Verf. 7.

Ioseph.

Hegeipp.

Pl. 11. 16

Catenæ fr. At non solutis signatur innocentia vinciti catenu.

Alex. ab Alex.

Unde annulorum origo in servis?

Geminatio pro adverbio.

Ovid.

Personæ.

- 3 Ad pastores, qui pascunt: non enim pascunt, qui ad pascum, malignitate præbent pro cibo venenum; cum pastorum vere pascua, cordis fulgeat innocentia.
- 4 Ad pastores, qui pascunt: Id est, qui pascere debent. Apposite: etenim ni pascant, uti debent; minime pascunt.
- 5 Ad pastores, qui pascunt: nempe, ad pastores, qui non pascunt. Quippini pascunt? Pascuntur. Patet scuto pastore,

opus prædicationis inutile: equidem cum pascere gregem debeant; qui pasci, pasto ieiunant, quoniam pascus Verbi Dei in nutritionem gregum, totus veritas & veritas in vanitatem pastorum.

- 6 Ad pastores, qui pascunt. Quidni, Qui corrigunt? Dum greges errant, corrigant profecto, ut pascant: non enim pascuntur oves, ni corrigantur errantes,

DIDASCALIA PRIMA.

Vita verè Monachorum longum martyrium.

**H**INC Bernardus, serm. de S. Benedic. n. 11. inquit: *Isti longa & multimoda traxere martyria: & Philotheus in Vita Bernard. cap. 6. v. 81. accinit:*

*Namque illi lacerâ senserunt carne dolores*  
Philos. *Hic autem vulnera corde tulit.*  
*Ergo animus quantum membris generosior*  
*ipsis,*

*Martyribus tantum celsior ille fuit.*  
Virtutem quam necessariam esse in huiusmodi pugna; ipsis Monachis N. indicavit Patriarcha: igitur dicit, omittens aliorum, uti leviorum graves cruciatus; *Cœnobitarum fortissimum genus.* Qui solus descendit in arenam; habet profecto palmam, sed non coronam, quia non habet pugnam: & in honorem ex certamine ascendere ut possit, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit: certatque legitime, qui ut valeat pugnâ, quotidie moritur vulneratus sine morte. Vita (ut canit Sedulius, lib. 5. Carmin. v. 282.)

*Instaurata malis,*  
Sedul. *Cui licuit, sine morte mori.*

Difficile sanè videbitur; verum ut longum martyrium sit, in Monasterio perficitur: etenim in cruciatus, inimici hominis domestici eius. Adi Therefiam in Vita, cap. 31. à n. 7. ubi: *Indicabitur defectus, quod forsitan virtus: damnaturque innocens in ipsa virtute; quoniam iudex virtutis marterid utitur vitiose.* Hoc fortissimum certamen, quoniam in vita, quia vitalis, malignitas infert mortem: grandeque dicitur martyrium in virtutis obsequium; quoniam si vita defectus in martyrio semel virtute videtur, in virtutis studio semper remanet & rollitur.

<sup>2</sup> Instruens in vita communi ad perfectionem discipulos Divus Paulus; *Obsecro itaque vos fratres* (inquit) *per miseri-*

*cordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: & nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in novitate sensus vestri.* Expendenda singula, ut clareat vita perfecta. Corpus hostia Deo factum, ubi mediâ morte consecratum per martyrium. Hostia tunc in obsequium Christi fit. Verum in corpore hostia vivens quanam est? Si vivit, iam non hostia, si hostia, nequit esse viva. Erit victima, non hostia.

*Victimam quæ cecidit dextra à victricem, vocatur Hostia.*

Cur ergo Paulus non corporum victimam dicit, sed hostiam planè viventem? Quia religiosa vita, in vita subportat mortem; clareque in Monasterijs hostia, quæ dicata victima; quia quandiu iterit vita, adeit extremum tormentum, quod semel sustinetur per martyrium. Est enim mortificatio quadam viva mors, cum sensus vel in vivente non sint: hostia vivente factâ professione, ex perfectionis virtute; quoniam cum non sint nisi ad professionem mortis, virtute sanè comprobatur itatus, ubi ad sensum non sit sensus. Hinc addit: *Reformamini in novitate sensus vestri.* Erit virtus, si sensus vester, vester non fuerit sensus. Novandus necessariò, ut vita sit sicut congruit Monasterio, per patientiam in perfectionibus, per dissonantia sensibus, consecratis corporibus in hostiam morte viventem; quia corpus mortuum nullam habet sensationem.

<sup>3</sup> *Perfecta enim vita est mortis imitatio:* inquit Gregorius Magn. 13. in Iob, cap. 10. Hæc est vita perfectionis, mors scilicet vitalis, qua motus & sensus demarcatur in sensum atque motum rationis; quia in Monasterijs sequi non debemus vitam, sed vitam perfectam. Semper enim nos qui

Ovid. 1. Fastor. v. 335.

Quomodo in vita quæ victima, fit in sacrificiâ hostia.

Gregor. Magn.

vivimus, in mortem tradimur; ut hostia vivens sic corpus: mortuum mundo, & vivens caelo, in novitate sensus; ut vivat ex morte qui fuerit Monachus: etenim mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes; *vita Iesu manifestatur in corporibus nostris:* fert enim in vita corpus virtutis martyrium; quasi non haberet sensum. Vita Iesu exemplar est. Ad vulnera & opprobria nec aperuit os suum. Nihil respondit ad ea, quæ adversus se falsò erant restituta. Tradidit iudicanti se inique: erat enim mortuus à corde; sensibus integris sine doloris signo, atque sentiens sine sensu, nobis relinquens exemplum in conventu malignantium, sensum mortificatione, impatientiam nullius verbi; ut eius vita manifestetur in carne nostra mortali: igitur ut virtutum perfectionem, in cruce obtulit corpus hostiam viventem. Pendet emphasis, in vitâ religiosa congruam mortificationem. *Vita Iesu in carne nostra mortali.* Si mortalis, vita est: in hostia involvitur mors: vivensque dicitur hostia, quæ mortalis tantum victima; ut in carne mortali pateat imitatio vita Christi: quandoquidem vita Monachi mortificatione perfecta; ubi caro mortalis sine sensibus carnis iterit caro mortua.

<sup>4</sup> *Hostiam sanctam, rationabile obsequium.* Quod addit Paulus in specimen perfectionis, exprimit exercitium hostiæ viventis; dum qui perfectionis status studiosi in claustris, nolunt conformari huic sæculo: igitur qui corruptis moribus (dum ceteri student sanctitati) propter conformitatem cum forma sæculi; quicquid reformationis, nec arbitrantur obsequium, nec rationale: igitur ex usu vel potius abusu, claustrum sacrum, sæculi conformitatem constituent scilicet. Ita fert ætas; respondetur: non aliter Romæ vivitur, nec potest. Sic transeundum in mundi vicissitudine. Erimusne meliores, quam patres nostri? Hic sæculi sensus, ut ampliori relaxationi detur introitus, seductis animis, quasi vera religio, ubi nec species religionis (propter conformitatem cum sæculo, dulci dolo, quin onera sentiant) quoniam esse sub sensibus delicias computant. Quanta sollicitudine caveat hocse astractus, S. P. N. Benedictus; patet, dum iubet vel hospitibus osculum non prius offerri, nisi oratione præmissa, propter illusiones diabolicas. Ita cap. 53. *Regul. S. Sæcularis in claustris, vel titulo charitatis, regularis disciplina solet esse desuetio:* igitur ex conversatione vanitatum, sub larva hominis

Speculum in claustris, omnino positum.

S. Bened.

introducitur demon. Non cogitant status deformitatem, huiusmodi cum sæculo conformitatem; hostiæque viva sunt, dum morti in vita traduntur, qui nullo modo huic conformitati conformantur; quoniam mortem atque surgit persecutionum cumulus, si reformetur pravi in novitate sensus. Haud censeatur religionis zelus, sed Religiosorum motus. Unde de Christo: *Commovet populum, docens per universam Iudeam, incipiens à Galilea usque huc.* Era: miraculum, & iudicabant seductoris embolium. Habebant in religionis reformationem reprobam sensum: & ubi sensus etiam intenditur reformario, commoveatur perfectio; ut quærentes religionis perfectionem, intenta reformatione transcant in hostiam viventem: etenim viva mors contracta à zelo (sensus mutatione, novitate, atque virtute) si reformandi noluerint huic sæculo conformari.

<sup>5</sup> Exponitur institutum sanctum, & repellitur obsequium, quasi conturbationis studium. Haud legis vel rationis lege, vivere sine ratione, proterita professâ esse: sed ex sæculi conformitatem, cum religionis picturata specie (quasi reformationis sanctitas esset turbulenta novitas) ita sensus rationis immutatur, ne relaxatio mutetur; ut quod obsequium rationale religioni, nec iudicetur obsequium nec rationale; imò cum in assueta sensus ducatur, & sæculi conformitatem nimis ametur; reformationi adversari per zelum fictum, arbitrantur obsequium & rationale. A Bernardo exponitur & zeli virtus, & pro fuga virtutis sæculi sensus. Sensus sæculi in Monasterijs oritur ex vocationis tempore, ex flammæ frigiditate, ex defectu penitentia, ex delectatione peccati, atque de propriis meritis infrunita, stolidâ exultatione. Sicine qui magis ambulat, magis errat; quoniam in circuitu ambulat. *Ubi corrigere mores, & priores nequitas de cætero non iterare proponit* (inquit serm. 3. in Annuntiat. n. 9.) *ipsa tamen peccata præterita licet amputata, remaneant quodammodo, vel remanere videantur; gratia non admittunt. Væ tibi, si forte vitis & peccatis perniciosior successerit ingratitude. Quid enim tam evidenter gratia advesatur? Tepefecimus processu temporis à fervore conversationis nostræ, paulatim refrigescit charitas, abscondat iniquitas, ut consummemus carne, quod spiritu caperamus. Inde enim est, ut minus ea sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis in decore: pariter & ingrati. Timorem Domini relinquimus, religiosam omittimus sustin-*

Luc. 13. 5.

Si status sollicitatur per perfectio, ex oritur perfectio.

Vitæ formæ non est vita.

Bernardus

Non arduet reformationis materia nisi charitatem corruat.